



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

220. An statutum, vt quis, qui nondum habet ius in re bonorum, quæ possessurus est, Dominus sit, si non ingrediatur Religionem, sin vero amittat, an inquam, tale statutum sit illicitum, & contra ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

qui debent comitari sumus, & similibus. Et in hoc casu statutum esset contra libertatem Ecclesiasticam. Sed si Princeps in statuto prohibeter abusus circa pompa funeralis, ut de vestibus lugubribus, de pannis nigri coloris, ne cubiculari parentur pannis nigris, & de aliis externis solemnitatibus, que nullam habent relationem ad cultum divinum, & ex quibus nihil utilitatis minuitur Ecclesiis, aut Clericis, neque aliquid detrimentum patitur cultus divinus, vel Ecclesiastum eiusmodi statutum esset validum, nec aliquid contra immunitatem Ecclesiasticanam contineret.

Et ita ex neotericis docet Alterius de cens. tom. 1. diff.

16. lib. 5. c. 6. fol. 704. col. 2. Reginaldus in praxi, tom. 1.

lib. 9. cap. 23. num. 360. Duard. in Bal. Cen. lib. 2. can. 15.

9. 19. n. 7. Megala in 3. p. lib. 3. c. 10. q. 3. n. 54. Carol. de

Grassis de effect. eff. 2. n. 467. Martha de iuris. p. 4. cent.

1. cas. 14. Naldus in summ. verb. statutum, n. 2. & alij.

2. Ex his apparet, non esse admittendam sententiam Caetani in summ. verb. excomm. c. 31. Nauarr. in man. c. 27. n. 120. Grassis in actis p. 1. lib. 4. c. 18. n. 135. Souste in Bull. Cen. cap. 16. dist. 9. 4. cond. 2. n. 3. Layman in Theol. mor. lib. 4. trah. 9. c. 9. n. 3. afferentium, posse Principes in suis statutis, Clericos moderari sumptus ceræ, & candelarum: nam, si intelligent de cera, & candelis, que in Ecclesia, & apud sumos comitantes remanent, hoc statutum esset inuidandum: quia ex illo impeditur elemosyna, & minueretur aliqua utilitas Ecclesiæ, & Clericis, seu Religioni. Et ita docent Doctores citati, quibus adde doctissimum Tabienam verb. excomm. G. cas. 20. n. 5. fol. miki 672. qui notat, tale statutum esse contra libertatem Ecclesiasticanam: nam indirecte prohibet liberam facultatem dandi elemosynam Clericis, & Ecclesiis.

3. Vnde non bene dixerunt Souste, & Grassis, vbi supr., quod numerus candelarum ordinetur ad pompan, & temporalem honorem defuncti: nam vt bene notat Tabienus, dictæ candela, que remanent aptid Ecclesiæ, & Clericis, non solum defuerint ad honorem defuncti, sed etiam ad elemosynam Ecclesiæ, & Clericorum, seu Religionis.

4. Idem, quod diximus de ceris, & candelis, dicendum est de culcitrīs, que apponunt super corpus defuncti: quidquid in contrarium afferant Duardus, & Martha: nam de illis nihil potest statuere Princeps laicus, cum remaneant apud Ecclesiam, & ex illis postea aliquando, efficiuntur paramenta pro ornamento altarium, vel velles sacerdotales, vel saltē remanent pro eius ornamento, nam, ut hic, & in civitate Neapolitana vidimus, in diebus festinis Ecclesiæ integræ de illis ornantur, & sic non dubito, dictas culcitrices non solum defuerint pro honore temporali defunctorum, sed etiam pro elemosyna Ecclesiæ, vbi defunctis sepelitur. Et ita Sylvestris verb. imm. 5. n. 10. vers. stat. 9. 2. ver. 8. ait predicta statuta esse licita laicis, quatenus disponunt in his, quæ non applicantur Ecclesiis: sed dicta culcitræ, & de quibus loquimur, Ecclesiis applicantur: ergo &c. Ita etiā Paludan, in 4. diff. 18. q. 3. art. 3. vbi sic afferit: [Videtur esse contra Ecclesiasticam libertatem, statuēdo, quod super mortuum non sit, nisi talis pannus, vel tot cerei, & huiusmodi: quia libera Ecclesia etiam liberas oblationes habere debent.] An vero, quod dictum est de culcitrīs, dicendum sit de extirpatione sepulturæ, negant Duardus, & Martha: sed affirmat D. Carol. de Grassis de effect. eff. 2. n. 493. vnde tempore, ut dixi, Excellent. Comitis de Lemos, Proregis meritissimi huius Regni, nihil circa hoc innovatum est. Scio, Fillius. tom. 1. tr. 16. c. 10. n. 273. vocare opinionem Caetani probabilem, licet ipse nostram sententiam teneat, tamen in praxi talenm opinionem admittendam esse minimè existimo. Sed ad alia deueniamus.

R E S O L . C C X I X .

An lex seu statutum, quod aliquis adiens hereditatem non confessio inventario, teneatur ultra vires hereditatis, comprehendat Clericos?

Et an idem, quod de Clericis dictum est in supradicto casu, dicendum sit de Ecclesia, vel Monasterio?

Ex part. 1. tract. 2. Rcs. 7. alias 70.

§. 1. **A**ffirmative respondent aliqui; etiam si Clericus fuisset institutus heres amore Dei. Ita Morla in empor. iur. tit. 1. q. 16. num. 11. & alij, quos citat, & sequitur Carolus de Grassi de effect. cler. eff. 2. num. 252.

2. Sed ego contrariam sententiam amplectendam esse puto, quam docet noster P. Duardus in Bull. Cen. lib. 2. can. 15. q. 17. num. 8. vbi sic ait: [Ecclesiastici hereditates instituti, non confidentes inventarium, non tenentur ultra vires hereditatis in solidum omnibus creditoribus hereditariis iuxta text. in l. si te bonis, & l. fin. 15. cum iugur. C. de iur. delib. & citat Ioan. Andream. Idem etiam ex neotericis docet Martha de iuris. p. 4. cent. 1. cas. 75. num. 5. qui num. 12. optimam rationem adducit pro hac sententia; nempe talentum legem non comprehendere Clericos ex defectu iurisditionis. Adi illum, & non pigebit: Notandum est tamen, quod etiam stando in prima opinione, illi non procederet, cum Ecclesia, vel Monasterium instituitur heres: nam licet non conferent inventarium, non propterera tenentur ultra vires hereditatis. Ita de Grassi vbi supr. n. 253. & Morla n. 12. in fin. Abbas, & Felinus in c. Eccles. S. Mariae, de consil. hic num. 66. ille num. 13. cum aliis.

R E S O L . C C X X .

An statutum, ut quis, qui nondum habet ius in re honorum, quæ possessoris est, Dominus sit, si non ingrediaur Religionem, fin. vero amittat, an inquam, tale statutum sit illicitum, & contra Immunitatem Ecclesiasticam?

Et an si legentur ducenta si nubat, & centum si Religionem ingreditur, debeatamur ducenta Religionem ingrediendi? Ex p. 1. tr. 2. Ref. 123. alias 124.

§. 1. **N**egative responderet Bartolus in leg. final. C. de Sup. hoc in patti, n. 6. Sed contrariam sententiam me- Refol. not. ritudo docet Dec. in c. in praesentia de probat. n. 52. & no- seq. vissim Ba filius Pontius de matrim. lib. 3. c. 8. n. 25. vbi sic afferit: [Statutum, quo decerheretur, ut is, qui nondum habet ius in re honorum, quæ possessoris est, dominus sit, si in seculari coniunctu permaneat: eorumdem autem non liberum dominium nanciscatur si religionem ingreditur; nequaquam licitum est: libertati enim Ecclesiasticae adulterii videtur: ac proinde tenentur eius Authores excommunicatione, quæ est in Bulla Corina.] Ita Pontius.

2. Ex quibus inferendum est, non esse admittendas illas conditiones, quas aliqui in eorum testamentis apponunt, videlicet, Do. lego si Relig. nō ingred. Sup. hoc in tom. 6. tr. 8. Ref. 44. sed in faculo perm. Quidquid in contrarium afferat Sanchez de matr. tom. 1. lib. 1. diffut. 34. n. 11. quem merito Pótius vbi sup. n. 20. solidè, ut semper solet, impugnat. Et ego etiam puto contra eundem Sanchez n. 12. Molinam tom. 1. trah. 2. diff. 207. à n. 13. & alios, si legentur ducenta si nubat; centum vero si Religionem sunt in tom. ingreditur, debet ducenta religionem ingrediendi. 6. tr. 8. Ref. Ita Lessius lib. 2. c. 18. dub. 15. Comitolus in Ref. mor. 41. §. Sexto. lib. 9. 7. & alij. Sed de hac quæstione nos fusiūs *alibi. §. vii.